

beat, quando pater, qui librum conscripsit, adhuc est in humanis, & iurat verum esse, quod eo in libro scripsit. Nā tunc liber iste semiplenè probat ætatem filij. Ita declarat Crau. in tract. de antiq. temp. in octava particula primæ partis principalis, nu. 34. ex sententia Castr. in cons. 124. in causa quæ vertitur, nu. 2. lib. 1. Idem est (subiungit Crauetta) quando pater, qui librum conscripsit, mortuus est. Nam, & tunc semiplenè probat, quia mors vim habet iuramenti, iuxta traditionem Bar. in l. admonendi. n. 27. ff. de iureiur. & Decij in l. 1. in 2. not. C. de eden. & eiusdem Crau. in præcitato tract. de antiq. temp. in 6. particula primæ partis principalis, num. 48. & scripsit in lib. 6. de arbitrarijs iudicijs, cau. 116. nu. 4. & 5. Et à prædicta opinione, & distinctione non recedit Sfortia in d. q. 37. nu. 92. vers. ego puto, qui clariori distinctione usus est, & alia ad rem scripsit Mascard. in d. concl. 669.

11 Tertia est ætatis probatio, quæ à testimonio parentum sumitur. Hac tamen in re sunt opiniones. Nam ex-
12 stimant aliqui testimonium quod coadiuuare, & ad-
miniculum adferre alijs probationibus, non autem plenè vel semiplenè probare. Ita sanè censuerunt Salicet. in l. si minore. colum. 4. vers. sed queritur, an coniunctæ personæ. C. de in integ. restit. mino. & Iacobin. in d. l. cū de ætate, num. 4. ff. de probatio. Eandem opinionem visum sunt probare Bart. in cons. 19. Factum tale est, quidam Vanus. lib. 5. Soc. Sen. in cons. 20. nu. 17. lib. 1. & Gram. in dec. 48. nu. 13. & Sfortia Oddo de restitutione in integ. q. 37. num. 52. 58. Ea ratione fulcitur videtur hæc opinio, quod parentes ferre non possunt testimonium de re filiorum, l. testis idoneus. & d. l. idonei. ff. de test. l. 2. & l. parentes. C. eo.

Verum præpoderi potest prædicta iura non habere locum in probatione ætatis, rationibus quas infra cōmemorabimus.

Secundò solet adferri ratio, quod si scriptura patris præsumptiuè tantū probat, ut diximus supra, multò minus debet probare testimonium patris, quod est magis suspectum, quam scriptura iam confecta ante negotium in iudicio deductum. Responderi tamen potest, maiore esse rationem adhibendæ fidei testimonio, quæ scriptura, tum quia quæ viuæ voci plus credi solet quam mortuæ. S. in auth. de instr. cautela, & fide. tum etiam quia testimonium corroboratur iuramento, quo caret ipsa scriptura. Altera fuit opinio eorum, qui scripserunt testi-

14 monium patris, vel matris semiplenè quod probare. Ita respondit Castr. in cons. 124. In causa quæ vertitur corā. lib. 1. Idem visus est sentire Bart. in cons. 92. in quæstione vertente. col. 2. vers. nec obstat quod testimonii matris. lib. 1. cum respondit testimonium matris admitti ad probandum ætatem filij. Dixit absolutè, & simpliciter Bart. admitti ad probandum, quod intelligi debet, saltem ad faciendum probationem semiplenam. Eandem opinionem apertius probantur Spec. in tit. de testib. §. 1. col. 2. Capolla in cons. vlt. nu. 32. in ciuilib. Io. de Platea in §. pater. in instr. de testam. Aufr. in additio. ad Capellā Tholosanam q. 3. Marfil. in rubr. ff. de fideiuss. nu. 340. Sapia in l. de ætate, nu. 30. ff. de minor. Crau. in tract. de antiq. temp. octava particula primæ partis principalis nu. 34. & 35. & alios refert Mascard. lib. 2. de probat. in conclus. 668. nu. 7. & conclus. 669. nu. 14. Et huius sententiæ ratio ea esse creditur, quod filij nascuntur in domo,

15 & secreto, ut manifestum est, & experientia docet. Ea autem, quæ domi, & secreto sunt, testimonio domesticorum probantur, l. consensu. §. si super plagijs. C. de repud. quo loci constitutum fuit mariti fœuitiæ, & verbera ab eo uxori illata, probari posse testimonio domesticorum, cum ea cognita esse non possint etiam vicinis, ex quo domi secreto aguntur. Ita pariter furtum in domo factum testimonio domesticorum probatur, cum ab alijs sciri non possit. Bart. in l. si quando. col. vlt. C. vnde

vi. & ibidem l. au. 43. Ita dicimus testes de vniuersitate fidem facere pro ipsa vniuersitate, quando actus gestus est clam, & secreto in vniuersitate, & qui aliorum testimonio probari non potest, c. veniens. il. 2. de testibus. Abb. Dec. & reliqui in c. tertio loco. de probat. & Marfil. in cons. 73. Præterea & secundo accedit, quod testimonium patris recipitur ad probandum tempus mortis filij. Ant. Corlet. in suo singulari in verbo, mors, incipit, si queratur. ex l. quoties. C. de naufrag. lib. 10. vbi Bart. Ergo pariter testimonium hoc patris probare debet semiplenè tempus natiuitatis filij.

Declaratur primò hæc sententia, ut locum non habeat quando pater fuit descriptus in aliquo instrumento vna cum alijs. Nam tunc testimonium quod patris plenam fidem facit. Ita Butr. in c. ex literis. num. 19. de transact. & Butr. secuti sunt Barb. ibidem. Marfil. in l. de min. §. plurimum. nu. 7. ff. de q. & Soc. Iun. in cons. 3. nu. 7. lib. 3. qui quidem Marfilius & Soc. in specie trahunt doctrinam illam Butrij ad rem nostram. Et idem quod Butrius, sentit Bal. in l. parètes. C. de testibus. cum dixit, quod si pater adhibitus est testis in instrumento confectio inter filium, & extraneum, fidem plenam facit, ex quo vna cum alijs adhibitus est. Idem scripserunt Io. à Platea, & Portius in institutio. de testam. Ea adfertur ratio, quod tides

18 si etiam alijs non fide digno creditur, plenaque fides adhibetur, quando à partibus approbatus fuit. l. si quis testibus. C. de testibus. gl. in §. hæc omnia. in verbo, supplicij. in auth. de testibus. & Bald. in l. ad testium. ff. de testam. Et hoc maxime facit egregia doctrina Bart. in l. si

19 pater. ff. de falsis. dum concludit, patrem quod notariū posse recipere instrumentum pro contractu gesto à filio, ex quo eius fides à partibus approbatur. Præterea testis minus idoneus cum alijs idoneis coniunctus quod fidem facit, quia fides illius non idonei suppletur à fide aliorum. Ita gloss. in l. 3. in princ. ff. de testibus. Bald. in l. Imperator. ff. de statu hom. Angel. in cons. 1. Corf. in singulari in verbo, testis, incipit, licet pater. Ruin. in cons. 92. nu. 4. lib. 1. & Cart. Sen. in cons. 56. col. 3. vers. tertio respondetur. Caterum Imola in d. c. ex literis. num. 14. de transact. dissentit ab hac Butrij, & sequacium declaratione.

Ea ratione usus est Imola, quia alijs sequeretur, quod si confectum esset instrumentum ad vtilitatem filij mancipati, in quo solum descripti fuissent pater & mater, tale instrumentum fidem faceret, id quod rationi repugnat, quia sicuti parentes viuæ voci non possent testificari pro filijs. d. l. parentes. C. de testibus. Ita dicendum est, non debere credi eorum voci mortuæ, cum maior voci viuæ, quam mortuæ fides adhibeatur. §. 1. in authent. de instrum. cautela, & fide. Huic tamen considerationi altero de duobus modis respondetur. Et primo, Butrium & sequaces loqui, quando pater adhibitus est vna cum alijs idoneis testibus in instrumento. Nam tunc fides patris suppletur à fide (ut diximus) aliorum. Id quod rō contingeret secundum Imolæ argumentationem. Respondetur & secundo, quod etiam si soli parentes adhibiti fuissent testes in instrumento confecto ad vtilitatem filij emancipati, & constaret consensu partium hoc scintium, hos testes fuisse adhibitos, eis adhuc crederetur. Quandoquidem iam apparet de approbatione ipsarum partium, d. l. si quis. C. de testibus.

Declaratur secundò hæc sententia, ut locum non habeat in testimonio patris, quod qui est persona valde honesta, & in dignitate posita. Nam tunc ei fides plenè adhibetur quantum sit respectu suæ personæ. Ita respondit Ruin. in cons. 92. nu. 3. lib. 1. qui huius opinionis cōmemorat Inn. Butrium & Imolam in c. literis. de testibus. Baldum ac Salicetum in l. 2. C. de testib. His accedunt Alex. in l. qui iurisdictioni. in quinta fallentia. ff. de iurisd. omni. iud. post Spec. quem recēset Ias. in authent. iur. bemp. nu. 11. vers. tertio facit. C. de iudicijs. & Marfil. in Angul.

22 sing. 273. Ita et in vxore diximus, quod ferre tunc potest testimonium pro marito, cum est persona valde honesta, ut docuit Felin. in c. in literis. col. 4. vers. fallit quinquies. Verū declaratio hæc vel eo redditur quod dubia, quod domesticus, & affinis non est testis idoneus, nec recipi debet, tametsi est persona valde honesta, & si Cardinalis est. Ita respondit Decius in cons. 463. num. 13. Ea adferri potest rō, quod honestas, & sanctas vitæ considerabilis non est, quæ versatur alterius detrimentum. Et ideo gl. in c. nullam. 2. q. 4. scripsit Pontificem, cuius dignitas, & honestas alias oēs antecellit, debere alijs committere causas, ne ipse suspectus habeatur. Et præterea
24 à iure quod non est recedendum pro personæ meritum. Bal. in c. sedes. in fine. de rescriptis. Et consert. nota. in c. mulier. in verbo, sancta, 23. dist. & gl. in Clem. ad nostram in vers. 2. de hæret. quæ dixit, Neminem esse adeo bonum
25 & perfectum, quin legi subsit. Et idem tradunt Abbas in c. soluta. de maior. & obediens. & Fel. in proemio Decretali. in incipit. Rex pacificus, col. 1.

Conciliari fortè possunt hæc opiniones, ut prima procedat, quando de leui detrimento alterius agitur, secunda verò opinio locum habeat, quando agitur de graui præiudicio, ita senserunt Bald. in l. vnica, col. 3. in secunda oppos. C. de Confessis. Abb. in c. 2. vbi Fel. col. 3. vers. fallit tertio. de fide in l. trum. & idem Fel. in c. literas. col. 3. vers. primus est, de præsump.

Declaratur tertio hæc sententia, ut non habeat locum, quando pater litigat aduersus filium. Nam tunc non creditur testimonio patris de ætate filij ad ipsius filij detrimento. Ita in specie respondit Bald. in cons. 19. Factum tale est, Quidam Vanus. lib. 5. quem secuti sunt Crauet. in tract. de antiq. temp. in 8. particula primæ partis principalis, nu. 36. in fin. & Mascard. in d. concl. 668.
27 num. 16. Huius sententiæ ea est ratio, quia nemo quæquam excelsa in dignitate positus, de re propria dicere potest testimonium, nullus. ff. de testibus. & l. omnibus. C. deod. Quæ de re Cicero in oratione pro Roscio Americano perpulchrè scripsit in hæc verba. Itaque more maiorum comparatum est, ut in minimis etiam rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Africanus, qui suo nomine declarat tertiam partem orbis subegisset, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret, & si diceret, non crederetur.

Declaratur quarto, ut locum non habeat, quod cum testimonio non concurrat aliud administriculum. Nā tunc plenè probabit. Ita respondit Soc. Sen. in cons. 19. num. 17. lib. 1. & Soc. Iun. in cons. 3. nu. 10. lib. 2. & idem affirmavit Mascard. in d. concl. 668. nu. 15.

Quarta est ætatis probatio, quæ fit testimonio obstetricum, ut tradit Bart. in l. de ætate. nu. 7. ff. de minor. 25. annis. post gl. in l. 2. ff. de ferijs. & l. 3. §. dua. ff. de Carbo. edicto. Calcan. in cons. 80. num. 17. Iacobin. in l. cum de ætate. nu. 1. ff. de probat. Canale. in tract. de tutore, & curatore, nu. 297. & Sfortia de restitutione in integ. q. 37. nu. 39. qui idem subiungit de testimonio nutricis. Caterum dubitat Bar. in d. l. de ætate, nu. 7. vers. sed iuxta hoc quero, si obstetricæ interrogatæ responderunt, puerum esse minorem quatuordecim annis, & iterum interrogatæ, quod id sciunt, responderunt, se vidisse illum nasci, & ab ea die, qua natus est ad præsentem diem, elapsedos non esse quatuordecim annos. Deinde interrogatæ, quo anno natus sit ille, responderunt se nescire, an harum obstetricum testimonium concludat, & probet? Bart. scripsit concludere, atque probare. Idem affirmavit Bal. in l. 2. num. 2. C. de tempor. app. Ang. & Imol. in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqua pluuiæ arcenda. Ias. in l. 3. §. iurare. nu. 20. de iureiur. & Sapia in d. l. de ætate. num.

31 §. 5. Ea rōne usus est Bar. quod dicta testimonio ita intelligi dicit, ne sint contraria, cum tu. vbi Doct. de testib. & §. quibus in prima constitutione Cod. Cum itaque testis

dixit, Scio, quod ab eo natiuitatis anno usque ad præsentem diem, facta computatione, non sunt elapsi quatuordecim anni, apparet eum intellexisse, de annorum quantitate dinumerando à dicto tempore. De eo verò quod postea fuit interrogatus, nescit quo anno natus est, & dixit, nescio, debet intelligi, nescio dinumerare quocirca dicitur anni, ab illa dinumeratione, quam iam feci, quasi dicat, nescio quod anni sunt à natiuitate dñi, vel ab vrbe condita, scio tamè quotus est annus à natiuitate dñi, de quo sum interrogatus. Et hæc esse veram interpretationem dixit Bart. quia secundum eum loquedi usum, cum quis interrogatus, quo anno aliquid factum sit, intelligitur interrogatus, quo anno natiuitatis Domini, à quo facimus dinumerationem annorum, ut in authent. præpona. nomen Imper. in principio. Caterum traditio hæc Bar. non videtur absolutè vera. Nā cum dixit Bart. secundum illam responsionem testis dicentis, nescio quo anno natus sit, debere intelligi, de anno à natiuitate dñi, rectè sentit, quoad hoc, ne sibi contrarius, atque ita falsus sit testis: sed tū non inde sequitur, quod eius testimonium hac rōne à Bart. considerata, defendatur. Duo enim in hac Bart. traditione considerantur. Primum quod testis iste pugnantia non dixerit, atque ita quod nil falsi attestatus sit. Secundum quod testimonium huius testis sic interpretatum probet. Illud primum ab omnibus receptum est cum Bar. nempe testem contraria, atque pugnantia non deposuisse, & consequenter falsum euitari. Et in specie ita Bar. secuti sunt Ias. in l. 1. in princ. num. 6. ff. de operis noui nunc. & Sebast. Sapia in d. l. de ætate. num. 36. ff. de minor. comprobatur hæc sententia simili traditione Alberici in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Angeli in cons. 334. & Ias. in l. 3. §. iurare. num. 21. ff. de iureiur. dixit testis aliquid gestum fuisse præsentibus Caio, & Sempronio, deinde interrogatus, quibus præsentibus dixit, nullis præsentibus: interpretatio fit, nullis exceptis dictis Caio, & Sempronio. Et hanc doctrinam probant etiam Alexand. in cons. 180. num. 6. lib. 5. Ruin. in cons. 1. nu. 1. lib. 3. Socin. Sen. in cons. 56. col. vltim. lib. 4. Decius in cons. 100. col. 3. & Gramma. in cons. 33. num. 1. in criminal. his similia tradunt Bart. & reliqui in l. 2. §. creditum. ff. si certum petat. & in l. 1. in princ. ff. de operis noui nunciat. Et ij omnes intelligunt testes hos reduci ad concordiam ad euitandum fallum, & id quidem æquitate potius, quam stricto iure, ut declarat Decius in l. 2. §. creditum. in tertia lectura. num. 13. ff. si certum petat. Illud verò secundum, quod hic considerari posse diximus, est, an conciliatio hæc operetur hunc effectum etiam, ut testimonium huius testis probationem in iudicio faciat. Et probare scripserunt Bart. in d. l. de ætate, num. 7. & ibidem apertius Sapia nu. 36. ff. de minor. Angel. & Imol. in l. 2. §. idem Labeo ait. il primo. ff. de aqua pluuiæ arcenda. ex d. l. 2. §. idem Labeo. il 2. quo loci dicitur sufficere memoriam initij actus, & operis, & si punctum de ipso principio non constet. Hic autem constat de memoria ipsius ætatis, cum testis iste dixerit, ab ea die, qua natus ille est, non sunt elapsi quatuordecim anni. Non ergo est necessaria memoria punctum principij natiuitatis, & per consequens superuacanea fuit illa interrogatio, quo anno natus ille sit. Caterum mihi videtur, quod d. §. idem Labeo. ad rem nostram non confert, quandoquidē ibi agebatur solum de probando ipso facto, & propterea satis erat, quod de eo constaret, sed hoc nostro in casu agitur de numero ipsorum annorum ætatis, quæ quidem dinumeratio fieri non potest, ignorato ipsius temporis principio. Non etiam hanc Bart. & sequacium traditionem probat text. cum tu. de testibus cum ibi ex benignitate quadam concedatur, ne testes notentur periurio. Quæ quidem benignitas non cadit super hoc, ut testes ij fidem faciant. Nam vbi lex fundat se in æquitate, & benignitate, extensio non fit ad Tomus Primus. N alium

alium casum, c. susceptum. de rescrip. in 6. & scripsit Io. And. in c. 2. vt lite pend. in 6. Præterea d. c. cum tu. locum habet, quando contrarietas erat inter plures testes, qui quidem ad concordiam reduci possunt etiam quoad finem vt probent, sed diuersum est, quando contrarietas est in vno solo teste, seu in pluribus idemmet attestantibus, vt hic. Ita declarant Alex. & reliqui in linter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & Fel. in d. c. cum tu. nu. 2. His intelligimus Bart. traditionem nullo iure probari. Et propterea valde dubia videtur ratione iam commemorata, quod quantitas temporis cognosci non potest ignorato temporis initio. Præterea dubia probatio interpretatur aduersus producentem. cap. in præsentia. de probat. & in specie propè respondit Alex. in cons. 19. nu. 4. lib. 7. Erit tamen cogitandum ob summam Bartol. & aliorum auctoritatem.

33 Quinta ætatis probatio fieri solet, & potest in instrumentis, sicuti scripserunt Bald. in l. 3. nu. 4. C. si minor se maior. dixerit. & in l. neque natales. nu. 8. C. de prob. Salic. in l. si minorem. col. pen. vers. nunc quero. C. de integrum rest. minor. Iacobi. in l. cum de ætate. nu. 6. ff. de probat. Quintilian. Mandos. in commentarijs ad regulas cancellariæ. reg. 18. q. 6. & Mascard. in lib. 2. de probationibus. in conclus. 270. ex l. 2. §. ætas. vbi gl. ff. de excus. tut. l. 2. in prin. C. de ijs, qui veniam ætatis impetr. l. 1. & 3. Cod. si minor se maio. dixer. Et accedit ratio, quod

34 à pari procedunt in instrumenta, & testes. in exercendis. C. de fide instr. & l. pactum, quod bona fide. vbi Doct. C. de pactis. Immo multi sunt casus, in quibus minor est fides instrumentorum, quam testium, qui enumerantur à gl. in c. r. de censib. in 6. Exemplum afferri solet in instrumento confectio de natiuitate ipsius filij tempore quo nascitur. Quod quidem iudicis auctoritate confici debet, sicuti tradunt Bal. in rubr. C. de fide instr. nu. 7. & Castr. in l. prætor. in princ. nu. 18. ff. de eden. quo loci scribit Castrensis se aliquando de facto respondisse Florentie pro Lucenti quodam, qui Florentiam iuerat tempore pestis, eaque in vrbe natus erat ei filius, quem eiuem Florentinum declarari cupiebat. Adfertur & secundum exemplum, vt cum tempore contracti matrimonij conficitur instrumentum de ipso matrimonio. Nam

36 inde oritur probatio ætatis filij. Ita Bald. in l. neque natales. nu. 8. C. de probat. & ibidem Sal. Fel. in c. in præsentia. nu. 28. de probat. Iacob. in l. cum de ætate. nu. 35. ff. de minor. & Sfortia Oddo de restitutione in integrum. q. 37. nu. 89. qui num. 88. post Albericum distinguit. Mascard. in d. conclus. 670. nu. 4. & 5. Monteren. in annotationibus ad statutum Bonon. lib. 2. Qualiter procedatur si de ætate contendatur. §. pen. Verum probatio hæc dubia admodum, & minus concludens est. si quidē si agitur de probanda maiori ipsa ætate, vt si annos natiuitatis dinumerare velimus à die contracti matrimonij (concesso tamen tanto temporis intervallo, quo mulier potuerit concipere & parere) est admodum dubia probatio, quia fieri facile potest, quod nec per biennium, vel triennium & plus, post contractum matrimonium mulier conceperit, & peperit. sicuti vsu sæpissimè euenit. si verò agitur de probanda minori ætate, adhuc non concludit, quia dici potest, quod vir ille habuerit mulierem illam in concubinam, & ex ea suscepit filios, deinde contraxerit matrimonium, & confecerit de eo instrumentum. Quod sanè subsequens matrimonium operatur quidem, vt filij iam nati censentur legitimi, & habiles ad omnia commoda filijs legitime natis concessa. c. cum in cunctis. de electio. & c. tanta. qui filij sint legitimi. vbi Doct. Non tamen (vt diximus) demonstrat certam filiorum ætatem. Hoc tamen in casu crediderim vna cum Baldo & Iacobino præcatis in locis, saltem præsumptionem quandem facere, cum à communiter accidentibus filij legitimi nascantur post instrumenta do-

37 talia, ex quo matrimonio inter personas honestas conuenit præcedere festinus amplexus. Et verè sic sentit Alber. in l. 2. nu. 2. C. si minor se maior. dixerit.

38 Sexta est ætatis probatio, quæ sic conficitur partis. Ita Sal. in l. cum minore. nu. 3. C. de integrum restitut. minor. & in l. cum te. nu. 4. C. de probat. Bertran. in cons. 2. nu. 42. lib. 3. Quintilian. Mandos. in commentarijs ad regulas cancellariæ ad regulam 18. q. 7. & Mascard. in lib. 2. de probat. concl. 673. Est in enim confessio, probatio certa & manifesta aduersus contententem, & aliarum probationum verior & potentior. l. generaliter. §. et si quidem. C. de rebus cred. & iureiur. & l. vlt. C. de fideic. & plura ad rem hanc congesti in commentarijs de recuperanda possessione, remed. 1. nu. 202. Hæc sententia multò magis procedit in confessione iurata, vt docuit Bald. ex illo textu in l. 3. nu. 6. C. si minor se maior. dixerit, cum scripsit, non admittere probationem in contrarium. Idem respondit Curt. Iun. in cons. 118. nu. 6. qui post Rom. in cons. 12. nu. 5. intellexit procedere, quando minor vellet restitui in integrum aduersus contractum, & suam illam assertionem, secus si contractus esset nullus ob non obseruatas solemnitates. Et hanc declarationem singularem esse dixerunt Crem. in singul. 163. & Marf. in sing. 219. & Gram. in decis. 12. nu. 6.

Extenditur hæc sententia, vt locum etiam habeat in beneficialibus, in quibus adhuc confessio probat ætatem in præiudicium contententis, ita similibus in casibus tradunt Gemina. in c. vnico. nu. 6. de eo, qui mittitur in possess. causa rei serua. Fel. in c. olim. col. vlt. vers. limita quinto, de rescriptis. & Cassiodor. in decis. 20. in tit. de præbend. & in specie respondit Bertran. in cons. 2. nu. 43. lib. 2.

Declaratur nunc hæc sententia, vt locum non habeat in beneficialibus ad alterius commodum. Non enim supra confessio potest, quis cõferre ius aduersario. Geminian. in c. si duobus. nu. 7. de rescript. in 6. & in cap. vnico. nu. 6. de eo, qui mittitur in poss. caus. rei serua. Fel. in c. olim. nu. 10. de rescrip. Boer. q. 89. n. 2. & in q. 293. nu. 4. idem decidit Rota in decis. 3. nu. 4. in tit. de litis contest. in antiquioribus. Hanc tamen declarationem intelligo procedere, quando actor vellet inniti ipsi soli confessioni rei conuenti, secus quando de iure suo probat, sed sua probatio redditur dubia per aduersarij probationem, si deinde subsequitur rei confessio, qua fateatur se nullum ius habere, hæc confessio prodest actori. Ita explicat Gem. in c. si duobus. nu. 7. de rescript. in 6. & in d. cap. vnico. nu. 6. de eo, qui mittitur in possess. causa rei seruat. & secuti sunt Fel. in d. c. cum olim. col. vlt. vers. limita quarto, de rescrip. Mand. in d. reg. 18. q. 7. & Mascard. in d. conclus. 973. nu. 5. & 6.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc sententia illis in casibus, in quibus lex statuit confessionem de ætate, non omninò præiudicare confesso, sicuti in minori, qui se maiorem confessus est. Nam si potest petere restitutionem in integrum, l. 1. & l. 2. C. si minor se maior. dixer. Id quod existimo communem esse cæteris in casibus, in quibus confessio retractari potest detecto errore. l. error. vbi gl. & Doct. C. de iur. & facti ignor.

42 Septima ætatis probatio fit testimonio in consanguineorum & vicinorum, qui dicunt illum esse natum tali tempore, & quod ipsi hoc sciunt, quia sunt cõiuncti sanguine, vel vicini. Ita Bar. in d. l. de ætate. nu. 7. & ibidem Sapia num. 28. de mino. Iacob. in l. cum de ætate. nu. 3. ff. de probat. Sfortia Oddo de restitutione in integrum. q. 37. nu. 48. & num. 59. Mascard. in lib. 3. de probationibus. in conclus. 668. nu. 17. & Franc. Neapolit. in decis. 19. nu. 9.

Verum huius coniecturæ explanatio ab eo pendet, an cõiunctus, vel vicinus præsumatur scire facta cõiuncti, vel vicini. Quia in re dicere solemus, quod aliquando agi-

43 do agitur de illis actibus qui non cadunt in cognitionem, & scientiam cõiuncti, vel vicini, sicut quædo agitur de adulterio, vel de stupro, quæ secreto committi solent, & id nec cõiunctus, nec vicinus præsumitur id scire, sic Bald. in l. in fin. C. de collus. detegen. qui idem esse ait de furto in vicinia commisso. His similia exemplum commemorabo infra lib. 6. præsumpt. 48. Cum explicabimus, quando cõiunctus, vel vicinus præsumatur scire facta cõiuncti, vel vicini. Aliquando verò agitur de illis actibus, qui cadere possunt in scientiam, & cognitionem consanguinei, vel vicini. Et hoc in casu, ij cõiuncti, vel vicini præsumuntur scire facta vicini vel cõiuncti, vt puta quod cõiunctus vel vicinus sit dives, vel pauper. Ita Bald. in l. vlt. §. 1. col. 5. C. de iure delib. Alex. in cons. 50. col. pen. lib. 5. & Purp. in l. in. nu. 92. ff. si cert. petat. & alia exempla congeram infra lib. 6. in d. præsumpt. 48. nunc verfatut difficultas in eo scire, an cognitio ætatis cadat in scientiam, & cognitionem cõiuncti, vel vicini. Bart. in l. de ætate. nu. 7. ff. de min. præsupponit pro cõiuncti cadere. Idem senserunt Alex. in l. 1. nu. 18. ff. si cert. petat. & ibidem Purpur. nu. 98. & Ripa nu. 96. Verum idem Bar. in l. de tutela. nu. 1. C. de in integ. restit. mino. dubitat, sicuti, & Bald. ibid. nu. 2. ego sic distinguem aliquot casus.

45 Primus est, quando testis est longè maioris ætatis quam sit is, de cuius ætate testificatur, & agitur de probanda ipsa ætate præcisè, atque ita per ipsum punctum natiuitatis. Hoc in casu cognitio ætatis non cadit in consanguineo, vel vicino ex eo solo, quod consanguineus, vel vicinus sit. & hoc quidem duplici ratione. Quarum prima est, quod actus natiuitatis atque ita partes secreto fit, id est, non adhibitis testibus, vt asseruit Bart. in d. l. de ætate. n. 7. ea autem quæ secreto domi geruntur, non cadunt in cognitionem, & scientiam vicinorum, & affinium, vt diximus supra. non ergo ijs scire possunt tempus præcisum natiuitatis. altera est ratio, quod factus natiuitatis est momentaneus. l. Aretusa. ff. de statu homi. Atqui actus momentaneus non præsumitur cognitus his consanguineis, & vicinis: ergo nec actus iste natiuitatis. illa minor probatur à Doctoribus in l. 1. ff. si certū petat. qui inter alia exempla hoc commemorant, quando contractus aliquis celebratus est à vicino, vel consanguineo. nam is non præsumitur cognitus à vicino, vel consanguineo, ex quo est actus momentaneus. & in specie sic tradunt Fulg. in d. l. 1. ff. si certum petat. & Fel. in c. literis. nu. 5. de præsumpt. & huc facit doctrina Bar. in l. his potest. nu. 16. vers. si verò non est consanguineus. ff. de acq. hæc. Cum dixit, quod probare volens hæc redem

47 si sciuisse mortem defuncti, non sufficit, quod probet, eum fuisse vicinum, sed probare etiam debet famam de illius morte in ea vicinia fuisse, ea est ratio, quia is actus mortis, de quo loquitur Bart. est momentaneus: sicuti Bart. traditionem declarauit Rober. Maratà in repet. l. is potest. nu. 236. et si Alex. & alij, aliter Bart. explicent. alia exempla suo loco commemorabimus.

48 Secundus est casus, quædo testis est vel minoris, vel eiusdem ætatis, quæ est ille, de cuius ætate testimonium fert: hoc in casu siue agatur de probando ipso die natiuitatis, atque ita de puncto, siue de ætate ipsa, in totum non probat, ita in specie docuit Bald. in l. de tutela. nu. 2. in fine. C. de in integ. restit. minor. & ibidem Salic. & idem scripserunt Fel. in c. literis. nu. 3. vers. 2. limitatur. de præsumpt. Sapia in l. de ætate. n. 28. ff. de mino. Rip. in l. 1. nu. 46. in ff. si certum pet. & Mascard. in lib. 2. de probationibus in conclus. 668. nu. 20. ea est ratio, quia

49 dubia probatio non recipitur. c. in præsentia. de probatio. & non hoc. C. vnde legit. Hæc autem probatio, quæ à teste isto fit, dubia admodum est, cum scire is verè similiter non possit tempus illius natiuitatis.

50 Tertius est casus, quædo testis est multò maior ætate

illo, pro quo testificatur. & agitur de probanda ætate in totum, non autem de solo puncto natiuitatis. hoc sanè casu satis probatur ætas illa testimonio consanguinei, & vicini, qui dicit se id scire, quia est consanguineus, vel vicinus. ita Bal. in d. l. de tutela. nu. 2. & ibidem apertius Sal. in fi. qui sic respõsum illud interpretati sunt. Declaratur tamen tertius iste casus, vt non procedat in vicino, & consanguineo, qui cum alijs non conuersabatur. nam tunc non præsumitur, quod iste sciat facta vicini, & consanguinei. ita declarant Dec. in l. 1. in tertia lectura, nu. 59. ff. si certum pet. & ibidem Ripa nu. 46. & Purp. nu. 15. post Socinum Sen. in cons. 187. nu. 22. vers. secundum da via, lib. 2. & huius declarationis ea est ratio, quia præsumptio scientiæ cognitionis, quæ oritur ex affinitate, & consanguinitate, fundata in conuersatione, & familiaritate cessat. Declaratur secundò vt non procedat in vicino vel consanguineo, qui diu fuisse abiens, ita Alex. in d. l. is potest. nu. 13. ff. de acq. hæc. & alios commemorabo infra lib. 6. præsumpt. vbi explicabo quando vicinus vel consanguineus præsumatur scire facta vicini, vel consanguinei, & ibidem alias declarationes, quæ huc pertinent, recensero.

Ostaua est ætatis probatio, quæ fieri potest, & solet libro Plebani seu Parochi, vt in specie scripserunt Sapia in l. de ætate. nu. 33. ff. de minor. Quintilian. Mandos. in commentarijs ad regulas cancellariæ regul. 18. de ætate pro canonicatu. q. 10. Ioseph Lud. in decis. 55. nu. 7. Sfortia de rest. in integrum. q. 37. nu. 83. & Mascard. in lib. 2. de probationibus in conclus. 672. & idem decidit Rota Romana referente Verallo in decis. 314. parte prima. ego autem soleo præter Mandosij, & sequacium traditionem distinguere duos casus. Primus est quando dubitatur, an libro Plebani adhibeatur fides de his quæ scripte sunt in codice, sicuti, sicuti, quando scriptus est aliquem fuisse illa die à se baptizatum sua in ecclesia, adhibitis Caio, & Sempronio sponforibus, id quod obseruatum fuisse, & Apostolorum tempore inter Christianos creditur Dionysius Areopagita in libro de ecclesiast. Hierarch. quod, & sacrosancto Concilio Tridentino, Sessio. 34. c. 2. hodie sancitum est, & constitutione Regia obseruari apud Gallos audio. Hoc in casu dicendum est librum hunc fidem facere, et si priuata scriptura sit. ita Bal. in l. vlt. nu. 9. C. sine censu, & reliq. cum dixit, libros census, & rerum emphyteucarum ecclesiæ conscriptos ab ecclesiæ administratoribus probare. & sequitur Mascard. in d. conclus. 672. nu. 7. Ita etiam Salic. in l. exemplo. col. 1. vers. quandoque ab officialib. C. de probat. docuit, libris prælatorum, & administratorum ecclesiæ fidem adhiberi. idem responderunt Anchar. in cons. 44. nu. 5. & Dec. in cons. 596. nu. 4. & idem scripsit Fel. in c. ad audientiam. nu. 16. de præscrip. Huc etiam facit, quod respondit Feder. de Senis in cons. l. 19. ad fin. cum dixit, probari aliquem esse excommunicatum, quando reperitur apud Plebanum descriptus in matricula excommunicatorum, non cancellatus, nec abbas. Et Fridericū secutus est Cranet. in tract. de antiq. temp. in octaua particula primæ partis princ. nu. 1. qui subiungit ex sententia Imola in cons. 110. in fine. libro Plebani probari aliquem esse vita defunctum. Nec huic sententiæ repugnat auctoritas Capræ in cons. 57. Cum respondit, scripturam Plebani esse scripturam omninò priuatam, & propterea nullam fidem facere, iuxta l. inq. strum. l. rationes. & l. exemplo. C. de probatio. cum his similib. Et Capræ secutus est Decius in cons. 120. nu. 1. nam respondetur, Capram & Decium sequi, quædo aliquo in actu requiritur scriptura notarij, atque ita publicas, sicuti in confectioe testamenti, quod manu alterius conscribitur. eo enim casu verum est scripturam Plebani non sufficere, cū ei data non sit talis potestas, & officium, diuersum est in casu nostro, in quo apparet petiti-

Tomus Primus. N 2 nere